

Heinrich Rahn


Decanus Henricus Rahne; I. U. D. & Prof. Nec Non Totum Collegium Facultatis Iuridicae, In Academia Rostochiensi, Ad Disputationem Inauguralem Henrici Thilen, Buxtehudensis, Die III. Iunii habendam, Magnif. Dn. Rectorem ... Officiose invitat

Rostochii: Kilius, [1652]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747341052>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (91.)

1. Schütz de possessione.
2. Schütz de usu fructu.
3. Schütz de obligationibus.
4. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
5. Pahn de praesagio rerum publicarum.
6. Pahn an licet Christiano ethnico jure uti.
7. Pahn de deorsu in contractibus minorum.
8. Pahn de concursu actionum.
9. Stypmann de concursu actionum ejusque effectu.
10. Pahn de concursu et prioritare creditorum.
11. Stephani de concursu creditorum eorumque privilegiis.
12. Pahn de processu judiciario.
13. Pahn de auftraegis.
14. Pahn de nobilitate.
15. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
16. Pahn de jure emphyteutico.
17. Pahn de injuriis et famosis libellis.
18. Embere de beneficio competentiae.
19. Embere de necessaria defensione.
20. Redeker de gratia.
21. Redeker de homagio.
22. Redeker de criminibus publicis.
23. Redeker de morte.
24. Redeker de neutralitate.
25. Redeker de liquidatione.
26. Redeker de errore calculi.
27. Redeker an suspectus de tali crimine ex quo poena infamiae aut alia corporis afflictiva irrogari possit, ad juramentum praestandum sit compellendus.
28. Redeker de confessionibus.
29. Laurenberg de liberarum civitatum v. R. I. eminentia, jure et privilegiis.
30. Laurenberg de interdicto Salviano.
31. Woldenberg de vestigalibus publicis et amissionis.
32. Woldenberg de aetate canonica et qualitate et ordine praeficiendorum.
33. Woldenberg an consensus parentum in nuptias liberorum de jure divino, naturali, gentium civili et canonico de necessitate an honestate requirendus.
34. Woldenberg de majuma.
35. Woldenberg de novo anno seu oblatione votorum.

36. Woldenberg idea seu delineatio juris publici in imperio Rom. Germ.
37. Woldenberg de favore episcopi quod publice interest.
38. Rahne de successione conjugum.
39. Radov. an factum senis procuratoris et coloni aliorumve alterius nomine possidentium, atque possessionem negligentius vel dolose prodebatum domino verove possessori nocent?
40. Volochow de quaestione in tortura reorum.
41. Hegenwaldt de tributis extraordinariis.
42. Schütz de investitura.
43. Strögh de jure testandi inter liberos.
44. Strögh de pactis successoria, eorumque iustitia.
45. Plinius de jure necessariae defensionis. Völsperger.
46. Ziegler de eo quod iustum est circa mortuos.
47. Sebrand de valore juramenti actui adpositi.
48. Sebrand de intercessione mulieris pro marito.
49. Redeker de tortura prohibenda.
50. Redeker de quaestionibus seu tortura reorum.
51. Leifer de aquae pluviae arcendae actione.
52. Leifer de responsis prudentium.
53. Novius de fictione.
54. Radov. de archivis.
55. Pomerech de auctoritate juris.
56. Beckmann de obligationum confusione et resuscitatione.
57. Beckmann quis de non appellando et differentia juris de non evocando.
58. Schleenstein de affinitate.
59. Reichel de beneficio probandi secundae instantiae.
60. Rümelin de donatione remuneratoria et obligatione antidotali.
61. Gabe de iuribus et privilegiis miserabilium personarum.
62. Romaner de corpore delicti in criminibus facti permanentis potioribus, ad effectum condemnationis considerato.
63. Chuno ad L. S. C. ad L. Jul. majest.
64. Mylour de morgengaba Zittaviensi.
65. Heier de primo cautionis gradu.
66. Rahne de incorporatione.
67. Redeker de actu judiciali extremo seu executione.
68. Redeker de quaestoribus.
69. Woldenberg de abactu sive abigenti.
70. Ambel de misfollareis juris controversiis et appellationibus.
71. Wedderkopff de irrohulatione actorum.
72. Aichel Hauser juris controversi.

28
17
DECANUS
HENRICUS RAHNE,
J. U. D. & Prof.

NEC NON

Totum Collegium FACUL-
TATIS JURIDICÆ,
In Academia Rostochiensi,

AD

DISPUTATIONEM INAUGURALEM
HENRICI THILEN,
Buxtehudensis,

*Die III. Junij in Auditorio majori, Deo volente,
habendam,*

Magnif. Dn. RECTOREM, omnes
omnium Ordinum Cives Academicos, Lite-
ratos, & Literatorum Fautores

Officiosè invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILL, Acad. Typogr.

Ro summis in utroq; Jure ob-
tinendis honoribus Dnus. CANDI-
DATUS HENRICUS TILE,
BUXTEHUDENSIS, disputaturus
est de PROCESSU JUDICIARIO, Quò ipso palàm
ostendit, se esse ordinis amantem, & eruditione
instructum. Quod si non credis, fac periculum,
& experiere illum talem, qvalem se profitetur.
Illud verò qvemvis bonum, & sanum decet. Or-
dine enim in rebus humanis nihil vel utilius, vel
pulchrius. Ordine omnia reguntur, geruntur,
conservantur; & quicquid eò relicto transit ad
confusionem, nō potest nō malò exitu terminari.
Vis corrumpere, inquit ille, cuncta in orbe, unum
ordinem corrumpito. Utinam hæc perpenderet,
ac sequeretur præsens seculum & inordinatum, &
litigiosum. Litigiosum sanè est usq; adeò, ut filius
patri, frater fratri dicam scribere non cesset, nec
vereatur. Idq; tam obstinatâ sæpe pertinaciâ, ut
neq; ullo religionis metu, neq; Domini timore
ad conciliationem flecti sese, aut permoveri ho-
mines patiantur. Scilicet malitiâ vel innatâ, vel
attractâ occæcati non animadvertunt, tantò
minus pietatis in cœtu hominum esse, quantò
plus litium inter se exercent. Et hoc impietatis
malum, hunc litigandi pruritus maximè juvat,

aca-

ac alit Ordo, ille, quem vulgo Processum
vocamus, Judiciorum. Is quidem ex recta ra-
tione, & prudentia profluxit, atq; sapien-
ter introductus est, ut justitia eò meliùs admini-
straretur, & promoveretur salus tam publica,
quàm privata. At jamdudum longè sui dissimi-
lis factus stabilimentum nequitiæ, & iniquitatis
non ineptè appellatur, & meretur magis nomen
confusionis, quàm ordinis; remoræ, quàm pro-
cessus. Qui enim hodierno more procedere co-
nantur ad Justitiam, quò propius se accedere
putant, eò longiùs sæpe ab illa recedunt, aut eam
planè non aut fortuito saltim inveniunt, aut
in via aspera, & periculosa supprimuntur, aut fa-
tigantur, donec id, quod justum est, unà cum fa-
cultatibus, corpore, sæpiuscule etiam cum ipsa
anima perdant. O ordinem inordinatum! O pro-
cessum sine successu! O usum rei bonæ in abu-
sum valde noxium detortum! Sed quid frustra
conquerimur de eo, quod mutare non licet? Si-
quidem tam altè radices hætenus egit illa Rei-
pub. pestis, & fori tabes ut vel Justiniani, vel Leo-
nis alicujus medicinâ indigeat: præsertim cum
ex diversis fontibus promanaverit, & indies hac
ulcerosa ætate incrementû sumat ab Advocatorû
quorundam, quorundâ dicimus, vel inscitâ, vel
habèdi cupidine, vel ambitione, vel æmulatione,
vel profusâ dicacitate. In pretio quidem, & ho-

nore sunt jure, meritoq; Advocati, sed qui causas non nisi ex Justitiæ præscripto suscipere velint, & præsidij veræ Jurisprudentiæ justas tueri possint. Ii sunt, quos Impp. ajunt, dirimere ambigua fata causarum, suæq; defensionis viribûs in rebus sæpe publicis, ac privatis lapsa erigere, fatigata reparare; laborantium Spem, vitam, & posteros defendere: neq; minùs providere humano generi, quàm si in prælijs, atq; vulneribus patriam servarent. A talibus autem longissimè absunt hodierni Causidici, qui suæ ignorantiaë figmentis, regulisve injustis, verbositate inani, & superfluis disputationibûs professionem suam meriuntur, divam virginem Justitiam viciant, judicia conspurcant, confusione multarum rerû, non dicemus nugarû, vel audientis, vel legentis, imò suum ipsorum ingenium impediunt, ac turpant. Olim equidem Advocati opera à Jcti officio erat separata: namq; & apud Græcos pragmatici erant, qui causas agentibus juris argumenta, quasi tela subministrabant: & apud Romanos Orator jurisperitum consulebat, vel etiam ad ipsum causam deferebat instructam Responsis, ut tabulis, reliquisq; de genere inartificialium probationum. Itaq; cum Servius Sulpitius proximus vel Ciceroni orator de amici causa Mutium consulisset, & ne quidem repetitum ejus de jure responsum satis percepisset, ac proinde sciscitaretur

tur amplius. *Turpe, inquit ille, est patritio. Eno-*
bili casus oranti, ius, in quo versatur, ignorare. Quâ
objurgatione impulsus ad Jurisprudentiæ studiū
Sulpitius, tantus postea ejus antistes evasit. Sed
nos planè, & plenè Murio assentimur; nec accen-
sendum numero Patronorum existimamus, qv̄i
non idem Juris sit peritus. Idem sentit Fabius,
quando inquit: *quo autem modo patronum se causarū*
non falsò dixerit, qui quod est in causis potentissimum,
(intelligit juris scientiam) *ab altero sit periturus.*
Nam ea, quæ sibi à judice credi postulaturus est, alienâ
fide dicet: Et ipse litigantium auxiliator auxilio egebit.
Qvamvis autem hac tempestate discreta non sit
Jureconsulti, & Advocati professio: re ipsa tamen
causidici nostri institutum suum à Jurispruden-
tia sejungunt; sive quod ad litium, & indè propul-
santis quæstus incrementum oportunius arbi-
trantur, inanium verborum copiam, quàm au-
ctoritatem Juris amplecti, sive quod uberior sup-
peditetur sermonis, scriptionis vè materia dispu-
tantibus de æquitate, quam promentibus certi ju-
ris decreta: sive deniq; quòd distracti tot jam ne-
gotijs Jurisprudentiæ studium negligent, vel con-
temnant etiã, dū olim tantum leviter hanc scientiã,
eruditi verum ejus usum nesciunt in tanta causarū
varietate, quas illis prudentiæ ignaris novas vide-
ri necesse est, nec cum rationibus Romanarum
legum conjunctas. Hinc tot vanæ disceptationes,

totq; verborum pugnae in foro exaudiuntur, quae
magis ad subversionem, quam ad inventionem
veritatis conducunt. Quemadmodum ex adver-
so brevitatis familiaris est ei, quem Juris auctori-
tas, & ejus scientiae fiducia in ipsa causa penetra-
li recta deducit. Hic enim, quia certa ictus de-
stinatione jugulum ferire callet, non multa inten-
dit tela. Quoniam non id agit, ut varietas locum
fortuna faciat, qui arte nititur, & iudicio, & qui
cum Cotta novit rem explicare proprijs, aptisq;
verbis. Haeret, inquit Cicero de illo viro, in causa
semper, & quid iudici probandum sit, cum acu-
tissime vidit, omissis caeteris argumentis, in eo
mentem, orationemq; defigit. Etenim id prae-
cipuum est in controversijs & proponendis, & dir-
imendis, videre ubi sit rei summa. Nam ferè ac-
cidit (verbis Fabij iterum utimur) ut in causis
multa dicantur, de paucis iudicetur. Solus igitur
Jurisperitus in agendis causis illustrem brevita-
tem cum summa gravitate conjunctam exhibere
potest. Et inde apparet, quam indigni sint Juri-
nomine, qui non ad statum causae tanquam ad
scopum argumentorum tela dirigunt, sed fortui-
to ea immittunt, & Antabatarum more certant,
qui concisè, seu confusè narrant omnia, & in in-
finitos articulos, vel particulas potius facti spe-
ciem discerpunt. At quò plus indocti, & impru-
dentes illi patroni inaniis suis, & vaniloquentia
dele-

101


ε A


dele-


delectantur, quò plura ab ijs disputantur, eò ma-
gis obscuratur causa, non illustratur: impeditur
intentio iudicis, non adjuvatur. Præclare enim
Samiorum legatis longâ oratione usis responsum
à Spartanis legimus: Primorum obliti sumus,
ideoq; ne posteriora quidem intelleximus. Qui-
bus nihil addimus nisi hoc ex Fabio: *Indocti di-
cant omnia; doctis est Electio, & modus.* Id quod
verum esse experimur hodie in quibusdam Ad-
vocatis, discimusq; à Juris ignorantia profluere
turbulentum illum dictionis, & scriptionis tor-
rentem, omnia sine ullo ordine, vel dilectu con-
volventem, & involventem causam. Animus
quidem erat hanc labem pluribus demonstrare,
aliasq; ejusdem causas aperire; verùm instituti
ratio non permittit. Dabitur forsàn propediem
id expediendi occasio, quousq; differimus con-
cludendo illud modò argumentum his verbis:
Repelle à foro ineptæ loquacitatis latratum, atq;
rolle lucrum exæstuantis quotidie verboritatis,
& simul ipsam postulandi artem, ac perversum,
qui hodie viget, iudiciorum ordinem sustuleris.
Interim reperiuntur adhuc viri cordati, & limati,
qui ostendunt, quomodo ordo, seu processus ju-
diciarius rectè sit formandus, ne justiciam, æqui-
tatemq; lædat. Inter hos est & noster Candida-
tus, qui ea de re elegantem conscripsit disputatio-
nem, eamq; jam publico examini subijcit. Et enim
ut le-


ut legitimè, & ad Imp. scitum recipi in posterum
possit in Advocatorum eruditorum consortium,
petiit à nostro Collegio sibi tribui Doctoris titu-
lum, & honores. Et cur non petat, postquam in
Academiis tam Exterorum quàm Germanorum
aliquot annos bene collocavit, ac arti juris, &
æqui sedulam, atq; tam diuturnam navavit ope-
ram, ut jam dudum statuta à Justiniano legum
eruditioni tempora excefferit. Priùs verò quàm
dignitatem consequatur, omnibus planum face-
re oportet, eum peritiâ juris esse instructum. An-
tè pugnet, necessum est, quàm coronetur. Pugna
illa erit defensio thesû, non membrorum, absol-
vetur non verberibûs, sed verbis, non gladiis acu-
tis, sed colloquiis amicis, & habebitur ad diem
III. instantis Mensis Junij. Agè ergo Magnifice
Dn. Rector, agitè honoratissimi omnium Facul-
tatem Dn. Professores, Doctores, Licentiati, Ver-
bi divini Præcones, Magistri, Studiosi, & quot-
quot hîc literas, ac literatos colitis, adeste fre-
quentes, & vestram benevolentiam, ac humani-
tatem vel auscultando, vel theses ad artis nor-
mam revocando Dn. Candidato præstate. Eò
cùm ipsum tum nos perpetuò Vobis devincietis,
dabimusq; operam, ut nos obseqventes, & gratos
cognoscatis. P. P. Rostochi & sigillo Collegij
Jctorum corroboratum die 23. Maij Anno
reparatæ salutis clō Ioc LII.

•••(o)•••









burgensi Land-Recht lib. 2. art. 60. Jur. Lub. l. 2. traditur, si commodatarius rem sibi traditam alienet, Dominum Commodantem nullam actionem, cui alienatio facta est sed oportere eum commodatarium, da jemand seinen Glauben gelassen suchen / & ut in Jure Lubecensi dicitur Hand in Lib. 3. art. 2. 1. 2. ibique Mey. ubi ratio statuti.


III. Jure Civili cuivis majorenni sanæ mentium administratio & alienatio permittitur l. 1. sicut C. de Obl. & Act. l. in re mandata C. man. sua non abutatur §. sed & major Inst. de his q. tem Saxonico illa potestas est restricta, quia bonorum quæ sita Stammgüter dicta, nemo sine coheredum alienare potest Land-Recht lib. 1. art.

IV. Jure Civili maritus à cura uxoris sua dare tut. & §. pen. Inst. de excus. tut. Ratio ab ipso gestum, propter affectionem remittat, & talibus periclitetur uxor l. maritus. C. qui da Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. maritus sit legitimus uxoris suæ tutor Ehevogt lebratis nuptiis uxor in potestatem & tutelam ma

V. Majorennis quis de Jure Civili fit, & ætatis compleverit t. 1. ff. de minor. vel veniam l. 2. C. de his qui ven. et. Jure autem Saxonico tur Anno æt. 21. Land-Recht lib. 1. art. 42. & hinc eodem jure terminus restitutionis brevior Civili.

VI. Jure Civili licet Debitor ob æris modo non sit, tamen ideo à Creditoribus suis in detineri, & ad operas jure servitutis præstandas. as. juncta Auth. seq. C. de Oblig. & Act. & ibi de Jure Saxon. veteri Land-Recht lib. 3. art. 3 Lubec. Lib. 1. r. 3. art. 1. ibique Mey. n. 14. à j. vitia debitor adjudicandus est, quæ etiam adj. tantum locum habet, non autem in dignitate co. Exec. p. 1, 6, 6. n. 129.

the scale towards document



1. &
t aut
con
Com
r ihu
ren/
rum
pari
uis re
e au
ma
orum
qui
male
s do
utem
quod
m ce
num
verit
icun
c. 26.
Jure
ven-
ivatis
l. ob
otest
Jure
fer-
bejis
proc.
VII.